

**IN INCLYTA
UNIVERSITATE LUDOVICO-MAXIMILIANEA MONACENSI**

RECTORE MAGNIFICO DOCTISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO

BERNARDO HUBER

RERUM POLITICARUM DOCTORE
RERUM AD REDITUS PUBLICOS PERTINENTIUM PROFESSORE ORDINARIO

EX UNANIMI CONSENSU ET DECRETO FACULTATIS THEOLOGICAE CATHOLICAE

FRANCISCUS XAVERIUS BISCHOF

SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR
HISTORIAE ECCLESIASTICAE MEDIAEVALIS RECENTISQUE
PROFESSOR ORDINARIUS FACULTATIS THEOLOGICAE
ET HOC TEMPORE DECANUS
PROMOTOR LEGITIME CONSTITUTUS

DOMINO SANCTISSIMO

BARTHOLOMAEO I

PATRIARCHAE OECUMENICO CONSTANTINOPOLITANO

QUI AUCTORITATE QUA UBIQUE PLURIMUM VALET
INDEFESSO STUDIO SEMPER ID AGIT
UT ROMANA ET CONSTANTINOPOLITANA ECCLESIAE
INTER SE CONCILIENTUR MUTUISQUE COLLOQUIIS FRUANTUR

UT OMNIUM CHRISTIANORUM CONCORDIA ET AMICITIA
FIRMISSIMIS VINCULIS ADSTRINGATUR

UT SIT IN OMNI TERRA PAX HOMINIBUS
ET SEMPER FIAT IUSTITIA
NEQUE INOPIBUS AC MISERIS NOCEATUR

UT QUOD DEI OPTIMI OPIFICIO CREATUM AC DISPOSITUM EST
NE PROPTER AVARITIAM ET NEGLIGENTIAM HOMINUM
DAMNUM ACCIPIAT AUT IN PERNICIEM RUAT

HUIC EXIMIAE DOCTRINAE PIETATIS CONSTANTIAE DIGNITATIS VIRO

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS GRADUM HONORIS CAUSA

CUM OMNIBUS PRIVILEGIIS ATQUE IMMUNITATIBUS EIDEM ADNEXIS RITE CONTULIT

MONACHII DIE XVI MENSIS MAI A.D. MMXIV
HUIUS UNIVERSITATIS ANNO QUINGENTESIMO QUADRAGESIMO SECUNDO EXPLETO

IN HUIUS REI TESTIMONIUM HOC PUBLICUM DIPLOMA
SIGILLIS MAIORIBUS LITTERARUM UNIVERSITATIS ET THEOLOGORUM ORDINIS ADIECTIS
ORDINIS EIUSDEM DECANUS
ATQUE RECTOR UNIVERSITATIS SUBSCRIPSERUNT

Bernd Huber
RECTOR

Franz Xaver Bischof
DECANUS